

*155. Instrumentum permutationis et
donationis di Innico de Guevara, conte
di Potenza, in favore delle chiese di San
Michele e di San Francesco di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*155. Instrumentum permutationis et
donationis di Innico de Guevara, conte
di Potenza, in favore delle chiese di San
Michele e di San Francesco di Potenza*

1455-08-16

(c. 103r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quadringentesimo
quingagesimo tertio, regnante serenissimo et
illustrissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia
Aragonum, Sicilie citra et ultra farum rege, Valentie,
Ierusalem, Mayoricarum, Sardinie et Corsice, comite
Barchinone, duce Athenarum et Neopatrie ac etiam
comite Rossilionis et Ceritanie, regnorum vero eius huius
regni citra farum anno vicesimo primo feliciter amen,
die decimo sexto mensis augusti, tertie indictionis, apud
civitatem Potentie, provincie Basilicate.

1

Nos Antonellus de Roto reginalis ad contractus iudex per
totum regnum Sicilie, Rogerius de Lauro de terra
Athane provincie Principatus, incola seu habitator
civitatis nominate, puplicus ubilibet per totum regnum
Sicilie reginali autoritate notarius et testes subscripti
ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto
puplico instrumento fatemur, declaramus, notumfacimus
et testamur quod preditto die contutis in nostri
presentia venerabili viro dopno Angelo Nicolai
Grossi de dicta civitate, archipresbitero et procuratore
ecclesie devotissime Sancti Michaelis eiusdem civitatis,
consentie in nos predictos iudicem et notarium ut in suos,
cum sciret ex certa eius scientia nos suos iudicem et
notarium in hac parte non esse, nostram iurisdictionem
volontarie prorogando, agente ad infrascripta omnia
L'ultimo numero dell'anno, per un errore materiale, è inesatto
sia in A sia, di conseguenza, in S; la terza indizione,
invero, afferì i primi tre trimestri del 1455, anno cui fa
esplicito riferimento il documento inserto, a firma di Innico
de Guevara; alla luce di questi rilievi, la data è stata corretta.

pro se, nomine ecclesie prelibate et successoribus suis, cum voluntate et pleno consensu et assensu reverendi in Christo patris et domini A. Angeli de Neapoli Dei et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini, ibidem presentis et dicto Angelo // (c. 103v) archipresbitero dicte ecclesie suum consensum et assensum p(rese)ntantis et dantis, parte ex una, et spectabili viro Ioanne de Amodeo procuratore et factore et cancellario et magistro rationali illustris ac pote(n)tis domini domini Enneti de Guevara regni Sicilie magni senescalli, nec non Vasti Aymonis marchesii, Arianique civitatis Potentie et Apitii comitis dignissimi ad istam subscriptam terram deputati, parte ex altera, de cuius procuratione nobis predictis iudice, notario et testibus infrascriptis plene constitit per patentes licteras illius illustrissimi domini magni senescalli suo sigillo niciatas et propria manu ipsius illustrissimi domini subscriptas. Quarum licterarum patentium tenor per omnia talis est: (si veda doc. n. 154). Quas litteras copiavimus et transuntavimus in presentem formam, nil in eis addito vel adiunto per quod substantia veritatis in aliquo mutaretur, non abrasas, non abolitas nec in aliqua parte earum suspectas, sed omni prorsus vitio carentes erant tenoris supradicti. Asserentes partes ipse quod undale dicti molendini vel aqua currens per dictum undale solummodo erat compositum et factum et edificatum per intus terras dictarum ecclesiarum Santi Michaelis <et> Santi Francisci et non per alias terras. Idcirco tam dictus donnus Angelus archipresbiter, ut supra, Santi Michaelis cum consensu et autoritate domini episcopi, ut supra, et prefatus Ioannes Amodei, procurator procuratorio nomine et pro parte dicti illustrissimi domini, et religiosus vir frater Vitus Paganus, guardianus Sancti Francisci sive

conventus ipsius ad subscripsi permutacionem et
cambium ad invicem devenerunt, videlicet: prefatus
archipresbiter, ut supra, et dictus frater Vitus dederunt,
tradiderunt et assignaverunt eidem Ioanni Amodeo
comissario, procuratori procuratorio nomine et pro parte
dicti illustrissimi domini, quod possit fieri undale per
medium vel per intus terras dictarum ecclesiarum Santi
Michaelis et Santi Francisci et transitum aque, predictum
undale libere absque impedimento aliquo inferendo
per se ipsos et eorum successores ad molendinum
illustris domine Cobelle de Sancto Severino, Vasti
marchionisse, nec non Ariani, Potentie et Apitii
comitisse, consortis eiusdem illustris domini regni Sicilie
magni senescalli predicti, ad arbitrium ipsius domine
marchionisse suorumque heredum et successorum; et
versa vice dictus Ioannes, quo supra nomine, dedit,
tradidit et assignavit dictis archipresbitero ac fratri
Vito, nomine predictarum ecclesiarum Santi Michaelis
et Santi Francisci, omnes terras ipsius illustris domini
sitas et positas in te//nimento (c.105r) civitatis Potentie,
in loco ubi dicitur vulgariter Pogio Pilato, in foresta
confinatas a superiori parte iuxta terras demanii, a
duobus lateribus iuxta vallones, ab inferiori parte iuxta
terras demanii et terras Santi Francisci de Potentia, duas
videlicet partes ecclesie Santi Michaelis quia undale
occupat plures terras quam Santi Francisci illarum
terrarum datarum per eundem Ioannem et tertiam partem
prelibate ecclesie Santi Francisci et sic ad invicem
fecerunt dittum cambium ad habendum, tenendum,
possidendum, donandum, vendendum, incensandum,
permutandum ac faciendum de eis quicquid dittis
ecclesis et ditte <domine> marchionisse et suis heredibus
et successoribus dittarum ecclesiarum placuerit absque

ipsarum partium impedimento, molestia et contrarietate quacumque sive heredum et successorum eorundem. Et quia ditte terre tradite per eundem Ioannem, nomine quo supra, dittis ecclesiis videbantur est maioris pretii quam terre ipsarum ecclesiarum per quas dictus undal factum fuit et rivus aque decurrit, illud plus quod valerent ditte terre ad quamcunque summam ascenderet tam meliorationis ecclesiarum predictarum, dictus Ioannes de Amodeo commissarius et procurator in dicta causa, procuratorio nomine et pro parte dicti illustris domini, donationis titulo inrevocabiliter inter vivos dittis archipresbitero et fratri Vito vice ipsarum ecclesiarum donavit, cum illis clausulis oportunis et necessariis que in donandis rebus penitus a iure requiruntur, renuntiantes propterea partes ipse eorum spontanea voluntate, nominibus quibus supra, exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, exceptioni predittarum rerum non permutatarum, iuri longobardo et omni legum auxilio per quod presens permutationis contractus pati posset in aliquo lesione. Certiorate exinde ditte partes, ut dixerunt, certioratione congrua de iuribus et effectibus eorundem, quapropter preditte partes obligaverunt bona dicti domini et predictarum ecclesiarum contra dittam permutationem quomodolibet non venire et se ipsos et eorum successores publice vel occulte, sed semper ipsam permutationem habere // (c. 105v) ratam, gratam et firmam, ipsamque non violare, interrompere vel infringere quoquomodo ad penam unciarum quinquaginta, medietate ditte pene regie curie et altera medietate ditte pene parti observanti predicta applicanda. Qua pena commissa vel non commissa, exacta vel non exacta seu gratiose remissa, presens nihilominus instrumentum, cum omnibus que in se continet, in suo

semp(er) rob(or)at(ur) et eff(ici)at(ur) p(er)severant(ur) cum refectione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento partis observantis predicta, nulla alia ratione vel probatione quesita; et pro maiori observantia predictorum, ambe partes, videlicet una alteri et altera alteri ad santa Dei evangelia prestiterunt debitum iuramentum supradicta observare et observari facere, sine contradictione quacumque. Et voluerint preditte partes quod de predittis omnibus conficiantur tria instrumenta consimilia, unum videlicet pro cauthela marchionisse predictae suorumque heredum et successorum, aliud pro cauthela et certitudine ecclesie nominate Santi Michaelis et aliud ad cauthelam ecclesie Santi Francisci predicti. Etiam noluerint dicte partes quod si in presenti instrumento aliqua iuris clausula deficeret per quam presens instrumentum possit in aliquo delidi, rumpi seu rescindi, quod iterum et de novo semel, bis, ter et quotiens opus fuerit et fieri possit ad sensum et consilium sapientis, veritatis tamen substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam et dictarum partium suorumque successorum cautelam perpetuam, factum est exinde hoc presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, subscriptione qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

2

3

consenciente

Si veda doc. n. 151 nota 1.

8

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

A Enneci

A Apicii

A causam

A budale

A budale

A budale

A budale

A Apicii

A domanii

A budale

A esse

A budale

A causa

A voluerunt

18

Quod scripsi ego predictus Rogerius de «Lauro» // (c.
106r) puplicus ut supra notarius qui premissis omnibus
vocatus et rogatus interfui, ipsumque meo solito et
consueto signo signavi. (SN) Ego Antonellus de Roto
qui supra ad contrattus iudex interfui et me subscripsi
Ego presbiter Nicolaus Angelus de Mathia de Cag(n)illo
diaconus Potentinus interfui Ego donnus Ioannes
Patitarius canonicus Potentinus testis sum Ego diaconus
Mattheus Castellutia de Potentia testis sum Ego donnus
Philippus de Musculo de Neapoli et Potentie testis
interfui et me subscripsi Ego diaconus Petrus de Roto
interfui et me subscripsi Signum uniusn proprie manus
notarii de Acerno testis idiote qui interfui et scribere
nescientis

19

20

21

Si veda doc. n. 154 nota 1.

A canonicus

A Nicolacii

A Aretio